

Teil A: Übersetzung

Bildung und Beredsamkeit

Tacitus lässt den Redner Messalla im vertrauten Kreis Gründe für den Verfall der römischen Beredsamkeit darlegen. Er geht dabei unter anderem auf Versäumnisse in der Erziehung und den mangelnden Wissensdurst der jungen Leute ein. Dabei gebe es doch gerade diesbezüglich mit Cicero ein leuchtendes Vorbild...

Quis enim ignorat et eloquentiam et ceteras artes descivisse¹ ab illa vetere gloria non inopia hominum, sed desidia iuventutis et negligentia parentum et inscientia praecipientium et oblivione moris antiqui? Quae mala – primum in urbe nata, mox per Italiam fusa – iam in provincias manant².

- 5 Notus est vobis utique Ciceronis liber, qui Brutus inscribitur, in cuius extrema parte (nam prior commemorationem veterum oratorum habet) sua initia, suos gradus, suae eloquentiae velut quandam educationem refert: se apud Q. Mucium ius civile didicisse, apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnes philosophiae partes penitus hausisse; neque iis doctoribus contentum Achaiam
- 10 quoque et Asiam peragrasse³, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque, hercule, in libris Ciceronis deprehendere⁴ licet non geometriae, non musicae, non grammaticae, non denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse. Ille dialecticae subtilitatem, ille moralis partis⁵ utilitatem, ille rerum motus causasque cognoverat. Ita est enim, optimi viri: ex multa eruditione et plurimis artibus et
- 15 omnium rerum scientia exundat et exuberat illa admirabilis eloquentia; neque oratoris vis et facultas, sicut ceterarum rerum, angustis et brevibus terminis clauditur, sed is est orator, qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audientium possit.

198 lat. Wörter

1 <i>desciscere ab</i>	<i>sich lossagen von, sich abwenden von</i>
2 <i>manare</i>	<i>hier: sich ausbreiten</i>
3 <i>peragrasse</i>	<i>hier: bereisen</i>
4 <i>deprehendere</i>	<i>hier: erkennen</i>
5 <i>pars moralis</i>	<i>hier: Ethik</i>

Aufgaben (Teil B) auf der nächsten Seite!

Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Bevor sie zur Hinrichtung geführt wurde, soll Maria Stuart Folgendes an die Wand ihres Kerkers geschrieben haben:

ABLATAATALBA

Analysieren Sie dieses Palindrom mit Hilfe der enthaltenen lateinischen Wörter und erklären Sie, was Maria Stuart damit gemeint haben könnte! 3 BE

2. Paraphrasieren Sie die folgende Meldung aus den Nuntii Latini, den lateinischen Nachrichten von Radio Bremen: 4 BE

Quamquam numerus luporum in cunctis terris Europae augetur, Consilium Europaeum constituit has bestias praecipue conservandas esse. At agri et pecoris cultores postulaverant, ut certus numerus luporum necaretur, cum post reditum eorum in Germaniam plus tria milia quingenta pecora - ut oves et caprae - ab his bestiis laceratae essent. Lupos, qui iam paene evanuisent, adhuc in magno periculo esse, ne interirent.

3. Allgemeine Rechtsgrundsätze spielen im Rechtswesen eine wichtige Rolle. Ordnen Sie den folgenden Rechtsprinzipien jeweils ihre lateinische Wendung zu (z.B. E9)! 4 BE

- | | |
|------------------------------|--------------------------------------|
| A) Aussageverweigerungsrecht | 1. Audiatur et altera pars |
| B) Befangenheit | 2. Ne bis in idem |
| C) Parteiengehör | 3. Ne eat iudex ultra petita partium |
| D) Rückwirkungsverbot | 4. Nemo iudex in sua causa |
| | 5. Nemo tenetur se ipsum accusare |
| | 6. Nulla poena sine lege |
| | 7. Nulla poena sine culpa |
| | 8. Volenti non fit iniuria |

4. Ein deutscher Automobilkonzern hat eines seiner Modelle nach der mythischen Figur des Phaeton benannt. Machen Sie einen Vorschlag für den Namen einer neuen Modellreihe, der ebenfalls auf einen antiken Mythos Bezug nimmt, und begründen Sie Ihren Vorschlag! 4 BE

Bene eveniat!